

Senecæ Denique Seneca, lib. 4. de Benef. cap. 5. Neque enim necessitatibus tantummodo nostris provisum est: usque in deliciis amatur.

Ibid. 4. A Davide magnificatur Dominus, quia non est similis. Non loquitur hic Pfaltis Regius de imagine Dei, figura aut forma; quia vel iuxta profanum, seu potius Atheum, uti infra videbimus, num. 7. Effigiem Dei formamque quarere, imbecillitatis humanae reor. Loquitur David de Deitatis substantia aut essentia; Non est similis tui, neque est Deus extra te. Vel per exergasiam exprimendo periodo secunda, quod non ita in prima perspicuum: vel per athiologiam, accepta posteriore sententiâ pro prioris causali; ita ut sensus sit: Non est similis tui, quia non est Deus extra te. Ita Matth. 1. 21. Vocabis nomen eius Iesum (quia) ipse salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Ideo dicit: Ipse enim, siquidem Enim, uti particula rationalis, athiologicum est. Etiam in huiusmodi acceptione inhæret alius & altior sensus, sumpto actu secundo pro primo. Luc. 7. 42. Quis ergo cum plus diligiti? Id est, diligere debet. Genes. 3. 24 De Fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur. Hoc est, vesci possumus. Ibid. cap. 4. 7. Sub te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius. Scilicet, poteris dominari, Ezech. 1. 17. Non revertentur cum ambularent. Nimirum, non poterit reverti, Hebr. 12. 17. Ipse enim pervigilant: puta, pervigilare debent. Sic Hebr. Genes. 20. 9. Opera, quæ non sicut, fecisti nobis: pro quo Vulgatus: Quæ non debuisti facere; fecisti nobis. Hand secus in præsentiarum. Non est similis tui, quia nequit esse Deus extra te. Similiter Isai. 45. 22. Ego Deus, & non est alius. Videlicet, nequit esse alius aliæque testimonia, de quibus illorumque sensu fusè egimus, Tom. 4. T. 4. à num. 14.

5 De huiusmodi excellentia etiam actum est, Tom. 3. T. 6. ad illud Exod. 3. 14. Ego sum, qui sum. Aprèque modò dicitur, Nec Deus extra te, quia extra Deum non est Deus. Aliæ præter Patrem divinæ personæ sunt, sed non extra Deitatem. Aliæ hypostatis sunt, sed non est alius Deus. Aliter, sed in propositum, eadem clausula iteratur, 1. Paralip. 17. 20. Non est alius Deus absque te. Abs te non est Deus. A te Filius, sed non alius Deus, sed idem Deus tecum. A te etiam & filio procedit Spiritus Sanctus, tanquam ab uno principio; sed Deus idem, quia hi tres unum sunt. His haud immemor, quia loc. cit. latè: verum occurrit, quorsum David profert, Non est similis, dum credit unum illum duntaxat esse Deum? Si unus, ei similis esse nequit. Nulla ergo collatio neque in esse, nec in maiestate, excellentiâ intercedere potest si non est alius. At ex verbis alius Deus videtur esse, etsi nec similis, nec æqualis. Patet Psalm. 94. 3. ubi: Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos id est, per hysteroologiam; Dominus magnus est Deus, quia super omnes Deos Rex magnus: quasi alij Dij, tametsi non ita magni. Item Psalm. 95. 4. Magnus Dominus, terribilis est super omnes Deos. Denique Psalm. 49. 1. Deus Deorum Dominus: & Psalm. 81. 1. Deus stetit in synagoga Deorum. In expositionem harum auctoritatum, & his similitum, sciendum utique in Scriptura sæpe sermonem opinionum hominum attemperari. Isai. 13. 5. Venientibus à summitate caeli. 2. Esdr. 1. 9. Ad extrema caeli quasi celum haberet extrema, vel summitates. Psalm. 18. 7. & Deuteron. 4. 32. A summo caelo usque ad summum eius. Matth. 24. 31. A quatuor ventis, à summis calorum usque ad terrinos eorum. Ibid. v. 29. Stella cadent de caelo: igitur putat vulgas exhalationes ignitas esse stellas. Virgil. 2. Aeneid. v. 694. & Ovid. 2. Metam. fab. 1. Stella facem ducens multa cum luce curavit, Fertur ut interdum de caelo stella sereno, Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri.

Pariter Propheta dicuntur, qui non sunt, Propheta Baal. 3. Reg. 18. 22. 23. 40. 41 Reg. 10. 19. Propheta prophetaverunt in Baal. Ierem. 2. 8. Propheta docens mendaciana. Isai. 9. 15. Falsa igitur prædicebant, & prædicabant, ut lætarent populum. Propheta tui viderunt tibi falsa & stulta; nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent. Viderunt autem tibi assumptiones falsas & electiones. Thren. 2. 14. Nihilominus tamen quia populus illos verberat ut Prophetas (estò limphatico furore, stylo & modo prophetico videret debacchantes, minimeque vaticinantes) nominant uti tales. Liquer in Sedecia propheta, 3. Reg. 22. à v. 11. & in anti-propheta Ieremia Hanaia, cap. 28. à v. 11. Principes dicuntur socij furum. Isai. 1. 23. Reges qui regnarunt, & non ex Deo. Osee. 8. 4. Pastores Israël, qui gregem laniant

Senecæ
Ibid.
Plin.
Evergasta
& athiologia.
Matth. 1.
Actus secundus pro primo.

1. Paralip. 17.
Unica Dei essentia in Trinitate personarum.

Psalm. 94. 3.
Hysteroologia

Verba aliquando in Scrip. attemperatur bonitatem opinionum.
Virgil.

Ovid.

bant trucidantes, seipfos duntaxat pascentes: Ezech. 34. à v. 2. Nec erant pastores, nec reges, nec principes: tamen sic plausi, quia illos in honore & dignitate vulgus habebat; quantumvis essent nominis atque muneris indigni.

6 Patiformiter Dij dicebantur idola, quæ adorabant ethnici. Unde cum inaudita dona & miracula de suis Dij prædicarent Gentiles in consuijs Israël, scætantibus idolis (quæ dæmon parabat, ut sibi sacrilegus honor persisteret, de quo egimus, Tom. 3. T. 2. n. 25. & 4. T. 3. à n. 7.) his versibus David indicat falsa Numina. Non Numina nisi penes illos & nomina: etenim etsi essent (quod impossibile) vera, à Deo Israël fuissent maiora miracula. Horum autem cuncta ficta, sicut Deitas; quippe non Dij Gentium, sed dæmonia. Deus super omnes Deos: id est, super eos, qui dicuntur & coluntur: uti Dij, quin Dij sint, etsi culti dicantur. Super omnes Deos, fictitios, aureos, æreos & lapideos: seu potius lapides, æs, argentum & aurum, opera manuum hominum inutilia, vanissima simulachra. Super omnes Deos, scilicet, Gentium; in quos Deus terribilis: igitur dæmonia & non Numina veri Dei nutu terrentur, & à simulacris vocalibus eiciuntur. Super omnes Deos, qui diversis nominibus celebrantur. Est aliud genus Deorum, quod natura visibus nostris denegavit; nec non tamen intellectu eos mirabundè contemplantur, acie mentis acutiùs contemplantur (ait Apuleius uti Ethnicus de Deo Sacrat. in principi) quorum in numero sunt illi duodecim,

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Ceterique id genus, quorum nomina quidem sunt nostris auribus iam diu cognita: potentia verò animis concelecta, per varias utilitates in vita agenda animadversa in his rebus, quas eorum singuli curant. Hi dicebantur Magni Dij: at Deus magnus vel super omnes Deos, qui dicebantur Magni; quia illorum nomina in auribus Ethnicorum cognita: verum potentia, uti ficta, vel ab illorum animis solummodò concelectata; quia falsa Numina. Hinc hic dicitur: Neque est Deus extra te in omnibus; quæ audivimus auribus nostris: & Paralip. loc. cit. Ex omnibus, quos audivimus auribus nostris. Patet Quæ & Quæ ex quibus. Materia audita & causa. Materia audita, beneficia Deorum scilicet & miracula. Causa, Dij quos audierant tot ac talia magnificè perpetrantes; qui quidem uti ficti, in opus omnino fuitiles. Quid facient lapides?

7 Audiatur Ethnicus. Quisquis est Deus (si modò est alius) & quæcumque in parte, totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus anima, totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere (ait Plin. lib. 2. cap. 7.) atque etiam ex virtutibus vitisque hominum, ut Pacificiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut (ut Democritus placuit) duos omnino Panam & Beneficium, maiorem ad sociandiam accedit. Fragilis ac laboriosa mortalitas in partes ista digestis, infirmitatis suæ memor, ut portionibus quisque coleret, quo maxime indigeret. Itaque nomina alia alijs gentibus, & Numina in istem innumerabilia reperimus. Inferis quoque in genera descriptis, morbisque, & multis etiam pestibus, dum esse peccatis trepido metu cupimus. Ideoque etiam publicè Febri sanum in palatio dedicatum est: Orbona ad edem Larium aura, & Male Fortuna Exquilijs. Quamobrem maior celum populum etiam quam hominum intelligi potest: cum singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant, lunones Geniosque adoptando sibi. Gentes verò quædam animalia; etiam aliqua & obscuræ, pro Dij habent, ac multa dictu magis pudenda, per fetidos cibos & alia similia inantes. Matrimonia quidem inter Deos credi, tantoque evo ex his neminem nasci, & alios esse grandævos, semperque canos, alios iuvenes atque pueros, atricolores, aligeros, claudos, ovo editos, & alternis diebus viventes, morientesque; pueriliam propè deliramentorum est: sed super omnem impudentiam, adulteria inter ipsos finij: mox iurgia & odia; atque etiam furtorum esse & scelerum Numina. Quid dicet Catholicus, si ita loquitur Ethnicus vel aberrans? Per manus autem quod sit idolum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud; quia ille quidem operatus est: illud autem, etiam esset fragile, Deus cognominatus est. Sapient. 14. 8. & 1. Cor. 8. 5. Etsi sunt, qui dicantur Dij sive in caelo, sive in terra (siquidem sunt Dij multi, & domini multi) nobis autem unus Deus. Ubi nota sive in caelo, ut Sol, Luna & Altra, quæ dicta Milista cali: sic sive in terra, ut Iupiter, Minerva, Ibices & Ciconia. Unus est enim Deus etsi tor dicantur Dij.

8 Aliter intelligenda supr. attestantia testimonia. Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram: Id est, Deus terrigenas, homines nimirum in iudicium vocavit. Tom. V. Ecce

Idola cur sicut generantur in Script. tanquam Dij

Apulei.

Qui Dij Magni

1. Paralip. 17. 20.

Cur Penæ & Beneficium Dij tantum apud Democritum?

Plin.

Crispi Ethnici de Dij Ethnicorum

1. Cor. 8. 5.

Psal. 49. 11.

Phal. 81. r. vit, ministris Angelis, qui Dij propter naturæ excellentiam dicti. Sic, *Deus stetit in synagoga Deorum*: Angelorum scilicet, in medio quorum Deus, qui essentialiter Deus, causas hominum dijudicat. Dicuntur Dij, ad quos sermo Dei factus est. Ioan. 10. 35. *Ego dixi, Dij estis* & (pro Quia) filij Excelsi omnes. Filij Dei, & Dij, quia à Deo creati, & in gratia, ut ait Augustin. lib. 12. *Civit. cap. 9.* Sed Dij participativè, non entitativè & substantialiter: quum Deus in immensum superet: Ipse enim est supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Ephes. 1. 20. Creatura intellectualis gratiâ Dei Deus dicitur & filius Dei: ita ut verè per participationem confortes divinæ naturæ, filij Dei sint, quanvis non veri filij Dei, ut Christus est, qui habet eandem substantiam Patris, Deusque est substantiâ & essentiâ: uti diximus hic *Tautolog. 3. n. 66.* Sensus Christi sequuntur SS. PP. Unde D. Thom. *Opuscul. 57.* inquit: *Unigenitus sive idem Dei filius, suæ divinitatis volens nos esse participes, naturam nostram assumpsit; ut homines Deos faceret factus homo.* Propriè homo non Deus, sed Divus; quippe naturæ divinæ participatione donatus. O magni Divi!

Gentium Dei, Deaque sunt inanes fabule.
 Cruc. Canit Crucius in *Psalm. 96.* Veraque dæmonia, quorum natura nudata divinâ gratiâ, qua Dij esse quibant, si in illa persisterent, ut sunt boni Angeli. Cæterum ceciderunt, & minime adijcient, ut fergant; postquam non servantes suum principatum, ac relinquentes suum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis Deus sub caligine reservavit. Prudentius ita, lib. 2. *contr. Symmach. v. 489.* alloquitur Echnicifimum:

Dic quibus hunc scribis titulum, nisi quod traxis Orbi Imperium, vera cœu maiestatis adoras?

Multa magnalia de illis commenta fuit cæca Gentilitas: hæc auribus bibebant Echnici, ac in ampliore idolorum cultum conabantur spargere; Deos plaudentes & Deos Magnos, quos arbitrabantur pro libito chaumatargos. Unde cum Dij vocarentur qui nihil erant; Domino dicit David: *Non est similis tui, neque est Deus extra te in omnibus, quæ audivimus auribus nostris.*

Devenimus igitur in Tautologiam, nimirum, *Aure & auribus audire & audiri.* Hic modus loquendi usquequaque invenitur in sacra pagina, ubi innumera, multiplicia testimonia. Sciendum utique præmitto, aurem dici tam internum organum, quam externum: ac in distinctionem huic articulo necessariam, pars interna, quæ cava, seu vorago, dicitur *Auris*: & externa, quæ striata & excavata cartilagine, dicitur *Auricula.* In hac non fit auditio; sed solum fuit apposita pulchre, uti dicemus, ad sonos aptius colligendos (quasi commodius instrumentum auditus, varijs concavitatebus levibus) & adducendos per internos aures mæandros; itemque ut frangantur extra quadantenus soni, ne vehementia lædat internum audiendi organum.

Necessaria est (ait Berchorius, lib. 2. Reductor. cap. 10.) ad auditus compressionem, aggregationem pro vocis formatione; & auditus defensionem, pro exteriorum incidentium in auditus foramina retentione. Sæpe enim fragor vehemens auditui nocet, ne accidit Catadupis Nili strepitu, qui per illa loca non fluit, sed ruit, ut ait Plin. lib. 5. cap. 9. Cicer. 6. de *Republ.* Macrob. lib. 2. in *Somn. Scipion.* cap. 4. Ambros. lib. 2. *Hexæm.* cap. 2. Anglicus de *Propriet. rer.* lib. 3. cap. 18. & Seneca *Epist. 56.* etiamque 4. *Natural. 99.* cap. 2. Unde indigenas penè surdos reddit, nimis auditus organo suopido. Solin. cap. 41. & Berchor. quò dudum, lib. 1. cap. 8. Signat discrimen vocum Lucetius lib. 4. de *Rer. natur.* à v. 544.

Hæc igitur penitus voces cum corpore nostra Exprimimus; rectoque foras emitimus ore. Nec simili penetrant aures primordia formæ, Quum tuba depresso graviter sub murmuræ mugit; Aut reboant raucum retrò circa cornua bombum; Vallibus & eyeni gelidis orti ex Heliconis, Cum liquidam tollunt lugubri voce querelam.

Hinc infantes voce graviore organo delicato perculli, corde pavent, & epilepsia laborant. Imò adulti etiam ad sonum insectum aliquoties allucti. Virgil. lib. 12. *Æneid. v. 447.*

Gelidasque per ima cucurrit,

Offa

Quid auri-
 & auricu-
 la?
 Berchor.
 Ariculæ mi-
 nisterium.

Lucret.

Obscure an-
 ditus gravi
 fragore,

Offa tremor, prima ante omnes Iuturna Latinos, Audist, agnovitque sonum, & tremefacta refugit.

Virgil.

Idèo fabricata auricula, ut fiat commodior auditio, in illa fractis ac refractis vocibus De hac primò agendum, subinde de aure.

Ho Habet homo in speciem rationalis, aures immotas. Aristotel. lib. 1. *Histor. animal.* cap. 11. ex quo Plin. lib. 11. cap. 37. *Aures homini tantum immobiles.* August. 14. de *Civ. cap. 24.* mira in contrarium refert, ex quo etiam Cael. Rhodigin. lib. 20. cap. 16. *Quorundam naturas novimus multum cæteris dispares, & ipsa raritate mirabiles, nonnulla ut volant de corpore suo facientium, quæ alij nullo modo possunt, & audita vix credunt. Sunt enim qui & aures moveant vel singulas, vel ambas simul.* Dalecampius in loc. Plin. præf. subdit: *Quibusdam mobiles visa sunt; mihi quidem adolescens, qui & aures & capitis cutem promptè moveret.* Causam immobilitatis in homine subdit Plin. lib. 1. *In equis (inquit) & omnium iumentorum genere indicia animi præferunt: fissis auriculæ marcidæ, micantes pavidi, subrepta fœventibus, resoluta ægris.* Lib. 8. cap. 16. fecerit Leonem ab huiusmodi indice: inquit igitur: *Leonem animi index cauda sicut & equorum aures.* Apud Sambrios iuxta Nilum sine huiusmodi specimine bestia. *Quadrupes omnes sine auribus, etiam elephanti:* ait idem lib. 6. cap. 30. & Berchor. lib. 14. cap. 18. *Cum homo mentem, linguam, voceque habeat, haud necesse fuit mobiles habere auriculas in animi ostensionem.* Iustum enim erat, ac rationale, quòd aures minime moveri possint, immoto capite; de quo in *Didase.*

II. Auriculæ haud tantum datæ pro auditu: est dupliciter facta, ut voces altrifectus venientes hauriantur: non enim stricte sicut aures necessarè in usum audiendi, si quidem aves, pisces & aliqua animantia auriculis carent. *Viperæ cavernas tantum habent aurium loco.* Pennatorum animalium buboni tantum & oto plume velat aures: cæteris cavernæ ad auditum: subdit Plinius. Concessa sunt profectò auriculæ in facièi hominis speciositate, atque in ornatu symmetriæ decorem: iccirco auricularum mutilatio propter totius capitis deventustatem, infamiam denotat: Constantinus Iudæis perduellibus abscidit; uti refert Chryostom. Homil. 2. *Contr. Iudæos.* Prædictum ab Ezechiele, cap. 23. 25. *Aures tuas præcidit.* Ita deformatur, qui reformari renuit. Virgil. 6. *Æneid. v. 496.*

Populataque tempora raptis Auribus.

Nix ulla maior ignominia nota. *Aurium in flagitio deprehensis præcidere, vetitis fuit instituti ignominia causa:* inquit Rhodigin. lib. 3. cap. 29. & Nancel. lib. 3. cap. 2. Hoc intuitu Assertor N. Malcho auriculam restitit, quam abscidit fervens Petrus; ne vel insectus inureretur huiusmodi infamiae notâ, etiam eius vulneratâ patientiâ. *Auriam pulchritudini providit natura ex abundantia: omnium animalium membra omnia sed hominum præcipue exornavit: quæ quidem ornamenta multis in partibus clarè apparent, in auribus certè omnium manifestissime.* Quo tamen naturali ornamento plerique minime contenti, multa & aliâ arte quæstia, superflua tamen adiecerunt. Hæc Nancelius, ubi dudum. Luxus patet, de quo sæpe crebri & olim questus. Unionibus procerioribus (inquit Plinius, lib. 9. cap. 35.) sua gratia est: elenchos appellant, fissi-gatâ longitudine, alabastrorum figurâ in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & hinc ac terno auribus, fæminarum gloria est. De Cleopatra idem ibid. dicit: *Gerebat auribus cum maxime singulare illud, & verè nature unicum opus. Itaque expectante Antonio quid esset actura: detractum alterum misit, & liquefactum absorbit.* Comitatur fama unionis eius parem: captâ illâ tante questionis victricis régina, unionem distulit; ut esset in utrisque Veneris auribus. Prior id fecerat Roma in unionibus magna taxationis Clodius Tragedi Asopi filius. Unde Horat. lib. 2. *Satyr. 3. v. 239.* succinit:

Filius Asopi detractam ex aure Metella, Diluit insignem hancam.

Idem refert Valer. Maxim. lib. 9. cap. 1. *Macrob. 3. Saturnal. cap. 17.* & Tertullian. de *Pallo,* cap. ult. Divitibus conceperunt luxuriam, quum nec cogitatio intra paupertatis adem. Ad rem Seneca in *Hercul. Octavo. v. 658.*
*Coniux modico nupta marito,
 Non disposita clara monili,
 Gestâ pelagi dona rubentis,
 Nec gemmiferas detrahit aures*

Plin. *Immobiles homini aures.*
 Augustin. *Aliæ, singularæ.*
 Delecampi

Idem.

Mutilatio auriculæ... rum infamie nota.

Data in facièi ornatu.

Plin. *Luxus fæminarum in auribus.*
 Margarita Cleopatræ.

Horat.

Gula & fastu quò venerunt?

Senec.

Tom. V.

Eccc 2

Lapis

- Lapis Eoâ lectus in unda.
- Idem. 12 Ipse lib. 7. de Benef. cap. 9. subdit: *Video uniones, non singulos singulis auri- bus comparatos: iam enim exercitate aures oneri ferendo sunt: iunguntur inter se, & insuper alij bini superponuntur. Non satis muliebris infania viros subiecerat: nisi bina, aut terna patrimonium auribus singulis pependissent. De Vita beat. cap. 17. Uxor tua locupletis domus censum auribus gerit. Demùm de Constant. Sapient. cap. 14. Quam oneratas aures! locantur Ovid. 1. de Art. v. 437. & Martial lib. 11. Epigram. 50.*
- Ovid. *Quid cum mendaci damno moestissima plorat, Elapsusque cavâ fingitur aure lapis.*
- Martial. *Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto: Gemma vel à digito, vel cadit aure lapis.*
- Fœminis enim in eis tota voluptas, & vota, ut fiant divites ornatu, quæ nequeunt vultu. Sic illa apud Plaut. *Act. 3. scen. 3. v. 17. Amabo mi Menachme, inaures da mihi Faciendas pondo duum nummum stalagmie, Ut te libenter videam, cum ad nos veneris.*
- Plaut. *Quo loco Frider. Taubmann, subdit: Inauris, monile quod aurium lobis inseritur (Hispan. Arillos) & appendet. Stalagmium, inaurium genus esse crediderim oblongum ex bacca pendula, à gutta similitudine. Hispan. Pendentes: de quo Plaut. in Epidic. Act. 5. scen. 1. v. 33. Meministi, me inaurem ad te afferre natali die? Ritus recolitur à Censorino, de Die natal. cap. 1. A procis inter alia dona Penelopæ oblata inauris, Inaures autem duo ferri portaverunt. Tripupillas elaboratas. Gratia autem inde splendebat multa.*
- Taubm. *Ait Homerus 18. Odiss. v. 296. & Horatius Epod. Od. 8. v. 13. Rotundioribus onusta baccis. Unde quim fœmina meret, despectus inaurium cordolij objicitur signum, Phædra apud Senec. in Hippolyt. v. 388. erumpit: Cerotix monili vacua: nec niveus lapis Deducat aures, Indici donum maris.*
- Horat. *13 Etiam apud viros vignisse perforare aures, ornarique auro, diximus obviter, Tom. 1. T. 1. D. 6. n. 14. & ex professo, Tom. 3. T. 9. à n. 22. Augustin. Epist. 73. inquit: Execranda arte superstitionis ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum in summis ex una parte auriculis suspensæ deputantur, non ad placendum hominibus, sed ad servendum dæmonibus. Diximus de inauribus, è quibus pro baccis pendebant imagines idolorum; Tom. 2. T. 1. n. 21. De Macrino Imper. asserit Rhodigin. ex Dione, lib. 3. cap. 29. unam habuisse perforatam aurem, Maurorum ritu, unde erat oriundus; quippe inter illos aurum in aure erat insigne nobilitatis. In auribus mulieres binos, ternosquæ uniones, vel elenchos ferre, nobilitatis signum fuit; sicut in Oriente viris, gestare aurum: ait Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19. Ut fulgeret aurum & gemmæ, etiam præter aures perforabantur genæ & labia: de quo ritu magna fruges in Partid. Indiæ Oriental. & Occidental. ubi fœminæ haud fœminæ apparebant sed furæ. De Arabibus dicitur in Republ. cap. 1. Fœminarum ornamenta sunt inaures, torques, annuli vitreo, aut alia vili materia confecta: frontem deinde, genas, labia, brachiaque cærulei coloris notis tenni acu factis tingunt, insciuntque. cap. 11. Oculos penè omnes superciliaque collyrio quodam ac sibi illiniunt genasque fucant: manuum palmis, unguibusque pulverem quandam subviridem aquâ immixtum venustatis causâ applicant; qui exsiccatæ eas rubras efficit. Ioann. Cotovicus in Itinerar. Hierosolym. cap. 11. subdit: Ut verò ornatiores appareant; labra, frontem, palpebras, genasque colore cæruleo subsusco faciunt: digitos etiam colore quodam subrubro tingunt. Facies insuper characteribus cæruleis inruunt; vel genas leviter cultello incidunt, & vulnere obduso, cicatrices relinquunt, Auricularum quoque torulos Mauræ perforant, aneosque vel fœmæ annulos inserunt. Nisi item extremum puellis perturant, & foramini aneos annulos inserunt. Indecentius me vidisse quicquam haud memini: putant tamen ille sibi speciem addere; ac nihil eo esse elegantius. Plinius lib. 22. cap. 1. Formæ gratiâ, ritusque perpetui (inquit) in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam, ad- verto animum. Illinunt certè alijs alia faciem in populis Barbarorum femina, maresque etiam apud Dracos & Sarmatas corpora sua inscribunt. Simile plantagini gla- stum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges, nurusque toto corpore oblitæ qui- busdam in sacris & nudâ incedunt, & Ethiopum colores imitantæ.*
- Homer. *Ait Homerus 18. Odiss. v. 296. & Horatius Epod. Od. 8. v. 13. Rotundioribus onusta baccis. Unde quim fœmina meret, despectus inaurium cordolij objicitur signum, Phædra apud Senec. in Hippolyt. v. 388. erumpit: Cerotix monili vacua: nec niveus lapis Deducat aures, Indici donum maris.*
- Horat. *13 Etiam apud viros vignisse perforare aures, ornarique auro, diximus obviter, Tom. 1. T. 1. D. 6. n. 14. & ex professo, Tom. 3. T. 9. à n. 22. Augustin. Epist. 73. inquit: Execranda arte superstitionis ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum in summis ex una parte auriculis suspensæ deputantur, non ad placendum hominibus, sed ad servendum dæmonibus. Diximus de inauribus, è quibus pro baccis pendebant imagines idolorum; Tom. 2. T. 1. n. 21. De Macrino Imper. asserit Rhodigin. ex Dione, lib. 3. cap. 29. unam habuisse perforatam aurem, Maurorum ritu, unde erat oriundus; quippe inter illos aurum in aure erat insigne nobilitatis. In auribus mulieres binos, ternosquæ uniones, vel elenchos ferre, nobilitatis signum fuit; sicut in Oriente viris, gestare aurum: ait Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19. Ut fulgeret aurum & gemmæ, etiam præter aures perforabantur genæ & labia: de quo ritu magna fruges in Partid. Indiæ Oriental. & Occidental. ubi fœminæ haud fœminæ apparebant sed furæ. De Arabibus dicitur in Republ. cap. 1. Fœminarum ornamenta sunt inaures, torques, annuli vitreo, aut alia vili materia confecta: frontem deinde, genas, labia, brachiaque cærulei coloris notis tenni acu factis tingunt, insciuntque. cap. 11. Oculos penè omnes superciliaque collyrio quodam ac sibi illiniunt genasque fucant: manuum palmis, unguibusque pulverem quandam subviridem aquâ immixtum venustatis causâ applicant; qui exsiccatæ eas rubras efficit. Ioann. Cotovicus in Itinerar. Hierosolym. cap. 11. subdit: Ut verò ornatiores appareant; labra, frontem, palpebras, genasque colore cæruleo subsusco faciunt: digitos etiam colore quodam subrubro tingunt. Facies insuper characteribus cæruleis inruunt; vel genas leviter cultello incidunt, & vulnere obduso, cicatrices relinquunt, Auricularum quoque torulos Mauræ perforant, aneosque vel fœmæ annulos inserunt. Nisi item extremum puellis perturant, & foramini aneos annulos inserunt. Indecentius me vidisse quicquam haud memini: putant tamen ille sibi speciem addere; ac nihil eo esse elegantius. Plinius lib. 22. cap. 1. Formæ gratiâ, ritusque perpetui (inquit) in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam, ad- verto animum. Illinunt certè alijs alia faciem in populis Barbarorum femina, maresque etiam apud Dracos & Sarmatas corpora sua inscribunt. Simile plantagini gla- stum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges, nurusque toto corpore oblitæ qui- busdam in sacris & nudâ incedunt, & Ethiopum colores imitantæ.*
- Resp. Arab. *collyrio quodam ac sibi illiniunt genasque fucant: manuum palmis, unguibusque pulverem quandam subviridem aquâ immixtum venustatis causâ applicant; qui exsiccatæ eas rubras efficit. Ioann. Cotovicus in Itinerar. Hierosolym. cap. 11. subdit: Ut verò ornatiores appareant; labra, frontem, palpebras, genasque colore cæruleo subsusco faciunt: digitos etiam colore quodam subrubro tingunt. Facies insuper characteribus cæruleis inruunt; vel genas leviter cultello incidunt, & vulnere obduso, cicatrices relinquunt, Auricularum quoque torulos Mauræ perforant, aneosque vel fœmæ annulos inserunt. Nisi item extremum puellis perturant, & foramini aneos annulos inserunt. Indecentius me vidisse quicquam haud memini: putant tamen ille sibi speciem addere; ac nihil eo esse elegantius. Plinius lib. 22. cap. 1. Formæ gratiâ, ritusque perpetui (inquit) in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam, ad- verto animum. Illinunt certè alijs alia faciem in populis Barbarorum femina, maresque etiam apud Dracos & Sarmatas corpora sua inscribunt. Simile plantagini gla- stum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges, nurusque toto corpore oblitæ qui- busdam in sacris & nudâ incedunt, & Ethiopum colores imitantæ.*
- Corpore scripta coloribus. Plin. Etiam virorum.

De

- 14 De Britannis Cæsar, lib. 5. Bell. Gallic. insit: *Omnes verò se glasto (idest, herbâ vitreo: Vernaculè, Color de Añil.) insciunt; quod cæruleum efficit colorem: atque Cæsar; hoc horribilliore sunt in pugna aspectu. Idem Alex. ab Alexand. lib. 1. cap. 20. Barbaricem referunt Poëtæ. Propert. lib. 2. Eleg. 18. v. 23.*
- Nunc etiam inscitos demens imitare Britannos. Ludii & externo tincta nitore caput. An si cæruleo quedam sua tempora fucio Tinxerit, icireò cærulea forma bona est?*
- Ovidius, lib. 2. *Amor. Eleg. 16. v. 39. & Martial. lib. 11. Epigram. 99.* *Sed Scythiam, Cilicisque feros, viridesque Britannos, Quaque Prometheo saxa cruore madent. Barbara de picis venit bascauda Britannis: Sed me iam mavult dicere Roma suam.*
- Quasi hæc longè essent à Romanis, Italisque fœminis, sibi blandiuntur huiusmodi Vates. Idem lib. 11. Epigram. 54. & Propert. loc. cit. v. 25. *Claudia cæruleis cum sit Rufina Britannis (Hæta, cur Latia pectora plebis habet? Ut natura dedit, sic omnis recta figura: Turpis Romano Belgicus ore color.*
- Sed falluntur: ideo in Romanas invenitur Prudentius, in *Hamartigen.* à v. 329. Sic enim & in proposium modulatur: *Nec enim contenta decore Ingenito, externam mentitur fœmina formam. Ac veluti artificis domini manus imperfectum Os dederit, quod adhuc res exigit, aut biacynthib; Pingere sculpsitibus redimita frontis in arce, Colla vel ignitis sincera incingere sertis, Auribus aut gravidis virides suspendere baccas, Nescitur & nitidis conebaram calculus albens Crinibus aureolisque riget coma texta catenis, Tædet sacrilegas matrum percurrere curas, Muneribus dotata Dei, qua plasmata fucio Insiciunt, ut signentis cutis illita perdat Quod fuerat, falso non agnoscenda colore.*
- Haud vel ipsos Profanos pigmentorum tæderet, nî essent in usu, quem meritò in fœminis ipsimet taxant. Propert. quò sup. lib. 1. Eleg. 2. à v. 1. *Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo, Et tenues Coâ veste movere sinus? Aut quid Orantæ crines perfundere myrrhâ, Teque peregrinis vendere muneribus? Naturæque decus mercato perdere cultu, Nec sinere in proprijs membra nitere bonis? Crede mihi, non ulla tua medicina figura est: Nudus amor forma non amat artificem.*
- 15 Qui studet pulchritudini, naturæ decens fœta non commodat arti: igitur que videtur primo aspectu speciosissima, non faciem, sed larvam gerit: Iul. Pollux, in *Onomast.* lib. 5. cap. 16. qui subdit: *Dices propterea, Faciem inungit, purgat, pingit, fucio rubefacit, colore dealbat, oculos perstringit, supercilia denigrat, lineas circumdanda, frontem dimittit, rosas genas pingit, momentaneum florem, artem naturæ anteposit fucum vero, fragile firmo; picturam & imaginem pro ipso vero simulacro fingit. Quam apposite Gregorius Nazianz. Catm. de Virtut. v. 334.*
- Seræ corpus quale est fabricatum, Neque vultu videri altera, non altera.*
- Acumen profecto SS. PP. in huiusmodi audaciam, fœminarum amentium insolentiam; que sibi prius hercè displicent, dum alijs geliant placere. Omnes omnino fœminas admonendas, quòs opus Dei & factura eius & plastica adulterari nullo modo debeat, adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut qualibet denique lineamentum nativa corrumpente medicamine. Dicit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem*
- Idem. Propert. *Etiam apud Romanas.*
- Prudent. *Fœminarum pigmenta de- viciunt.*
- Propert. *Non sunt fœminæ sed larvæ.* Iul. Poll.
- Greg. Naz.
- nem

Cyprian. *inm & similitudinem nostram : & audeat quisquam mutare & convertere quod Deus fecit? Non metuis oro que talis es : ne cum resurrectionis dies venerit , artifice tuiste non recognoſcat , & ad ſua premia & promiſſa venientem removcat & excludat ? Vi- Gore cenſuris & iudicis dicit : Opus hoc meum non eſt , nec imago hac noſtra eſt . Cutem Quam tur- fiſſo medicamine polluiſſi , erinem adultero colore mutaviſſi , expugnata eſt mendacio- num à ra- facies , figura corrupta eſt , vultus alienus eſt : Deum videre non poteris , quando oca- tione! li tibi non ſunt , quos Deus fecit , ſed quos diabolus inſicit . Hæc Cyprian. de Diſciplinâ & habit. Virgin. & Auguſtin. ex illo lib. 4. de Doctr. Chriſtiana. cap. 2. 1. Ambroſius, lib. 6. in Hexaem. cap. 8. Bonum habet artiſicem, atque pictorem. Noli bonam delere pictu- ram ; non fūco , ſed veritate fulgentem : non cerâ expreſſam , ſed gratiâ . Deles pictu- ram mulier , ſi vultum tuam materiali candore oblinas , ſi acquiſitiſtulo rubore perfundas . Illa pictura vitii , non decoris eſt : illa pictura fraudis , non ſimplicitatis eſt : illa pictura temporalis eſt , aut pluvia aut ſudore tergitur : illa pictura fallit & decipit ; ut nec il- li placeas , cui placere deſideras , quippe intelligit non tuum , ſed alienum eſſe , quod pla- ceas : tuo diſplices auctori , qui videt opus ſuum eſſe delectum . Dic mihi ſi ſupra artiſice- cem aliquem inducas alterum , qui opus illius ſuperioris novis operibus abducat , nonne indignaretur ille , qui opus ſuum adulteratum eſſe cognoverit ? Noli tollere picturam Dei , & picturam meretricis aſſumere ; quia ſcriptum eſt : Tollam ergo membra Chriſti , & faciam membra meretricis ? Abſit . Grave eſt enim crimen , ut putes , quod melius te homo , quam Deus pingat . Grave eſt , ut dicat de te Deus : Non agnoſco quos meos , non agnoſco imaginem meam , non agnoſco vultum , quem ipſe formavi . Illum quare , qui te pinxit . Alia videris apud Chryſoſtom. Homil. de Cultu feminar. & Homil. 41. in Ge- neſ. Qua ergo fiducia femina perſonata vultus ad celos eriget , quos artiſex ac con- ditor non cognoſcit ? Fallitur larva ſub corpore femina*

Forma placet , niveusque color , flavique capilli , Quique aderat nulla factus ab arte decor .
 Ovid. *Ut vel mulierofas canit . 2. Faſtor. v. 763. Quæ non excogitarunt in ornatum ; aulæ vocitantes & modum & uſum ? Etiam muſcas pictas , ſeu glutinatas faciei ſplendentis cuti, quas excuterent, ſi veras : at placet fingere & fingi . Seſe fugerent, ſi haberent morbi- dam roſam ; & quia falſa , in venerem & ſalem apponunt muſcam . Sic ergo verum prohi- pudor ! prohdolor ! ubera auda non ſolum vagis oculis offerunt , ſed & perfundunt . De multis profectò dici poterit , quod idem , lib. 8. Metam. fab. 10.*

Dura cutis , per quam ſpectari viſcera poſſent : Offa ſub incurvis extabant arida lumbis .
 Hirtus erat erinis , cava lumina , pallor in ore .
 16 Impotentiffimus fanè illarum affectus in cultum . Haud ornatum cupiunt , ſed inſanient . Hinc etiã ad omnia ſeſe extendat affectio , ut emineat , vel adit ſi deſicit , pulchritudo ; propenſius inclinant aut declinant in inaures , quippe illis magis eſt roſeſcit ſpecies . Auriculæ ornatus ſunt faciei , ita ut quandam pulchritudinem & gratiam præ ſe ferant , quoquò vertatur facies ſive rectè , ſive oblique . Hoc ab arte imitabile , non illud : quod quidem meditatio fugiunt pictores , haud arte valentes rectam hominis fa- ciem æmulari cum gratia auricularum hinc inde , uti collocavit natura : ſiquidem ſi imaginem pingerent cum auriculis rectâ ; non homines obijcerentur oculis , ſed bubo- nes . Hoccine ornamentum naturæ ornare percupidè intendunt faming ; quippe gratia additur gratiæ . *Suſpendi itaque inaures ad ornandam faciem : dicit Eliezer Geneſ. 24. 47. eſti ut dicitur , v. 6. Rebecca eſſet pulcherrima , Ambroſ. lib. 6. Hexaem. cap. 9. proferit : Ideo aures extantiores , ut & ornatus decorem præferant .* Notatur ab Olee , qui loquens de Synagoga ſub metaphora femine , relictiſ alijs mun- di mulieribus quiſquilijs , ait : *Ornabatur in aure ſua & monili ſuo : & pro Ideſt , ut ali- bi diximus .* Dominiſque Ezechiel. 16. 11. inter monilia collocata in pulchritudinem Synagoge ; *Deidi (ait) in aurem ſuper os tuam , & circulo auribus tuis .* Ita Exod. 32. 22. *Præti. 25. 12. & alijs in locis , in aures maius videtur lenocinium feminarum , & pul- chritudinis ornamentum .* Diderunt . *Jacob. domeſtici omnes Deos alienos , quos habe- bant , & in aures que erant in auribus eorum .* Geneſ. 35. 4. *Bibl. Antiqua , Earum : nullum æſtimabilius in feminis obſequium , quam cultui renunciare ſpecioſiſſimo in- auriūm .* Affectantque iam & pauperes (inquit Plin. lib. 9. cap. 35.) *litteorem ſeminæ in publico unionem eſſe delectantes .* Nefcio an riſu , vel ſtetu digniores , incumbentes tantoperè inaurium ſutili ſtudio . *An (inquit Cyprian. quò nuper) vulnera inferri Deus auri-*

Oſec. 2. 13.
 Plin.
 Cyprian.

auribus voluit ; quibus innocens abbas infantia , & mali ſecularis ignarâ crucietur , ut poſtea de aurium cicatricibus & cadernis pretioſa grana dependant ; gravia eſſe non ſuo pondere , mercium quantitate!

Quis furor eſt cenſus corpore ferre ſuos?
 17 Iam actum de auricula : modo agendum eſt de aure , in qua fit auditio . *Inaditum nomen (ait Iſidor. lib. 11. Etymolog. cap. 1.) à vocibus hauriendis : vox enim repercuſſa per aurtum ſonum facit , quo ſenſum excipiant audienti .* Auris dicitur inter- num organum , delectans in oſſe petrolo , cuius fabrica conſtat quatuor meatibus . Primus ſemper eſt patens ad recipiendum & percipiendum ſonum ; liquet , nobis dor- micntibus . Item eſt tortuoſus ac flexuoſus : ne æter externus conſertim irruens internis organis noceat . *Nam niſi ita eſſet (inquit Ambroſius , lib. 6. Hexaem. cap. 9.) qui non ad omnem fortioris ſonum vocis attonitas redderet ; cum inter ipſa ſubſtita frequen- tes improviſo icſus clamore nos obſurdeſcere ſentiamus .* Tum velut quedam propugna- cula videas præterdare adverſus frigoris aſperitatem , calorique flagrantiam ; ut neque frigus præteret ductus patentes , neque nimis adurat æſtus . *Nancel. in Analag. micr. ad maer. lib. 3. cap. 2. alipulatur .* Graviſſimorum (inquit) ex inopinato horrendiſſimo- rum ſonorum violentia , ſi fortè tonitrus , aut nolarum , aut ut noſtro penè ævo inven- tarum bombardarum bellicarum terriſſico bombo , atque ſtopo gravem imminere audi- tui noxam , multique adeo ſurditatis ortam inde occaſionem fuiſſe : atque adeo ſapius orituram , niſi iſta ambagiola obliquitas ſoni vehementia ſua morâ frangeret , ac re- ſardaret . *Sicione Siraedices , cap. 38. 30. Vox mallei innovat aurem .* Vidimus ſup. n. 9.

18 Ad finem primi meatus occurrit membrana ſenſus exquisitiſſimi , quam Tym- panum vocant (Græcè *Miringam*) ut ait Toletus , lib. 2. de Anima , cap. 8. quaſt. 21. ex quo Pavon. 2. p. *Theolog. natur. diſtin. 4. n. 1752.* In hacce membrana eſt facultas auditiva , & etiam nervo cui appenditur , cerebrum pertingent : Firmatur ergo tympanum & continetur tribus oſſiculis , inter ſe alligatis & implicitis : ex quibus prin- mum nuncupatur *Malleus* , ſecundam *Incus* , tertiam *Stapes* , quod quidem triangulare eſt . Haud ita dicuntur , cum illa oſſicula immobilia ſint , quia adinftar mallei primam incudem tunda ; ſed quia ita vocare Anatomicis recentioribus placuit . *Vit. Andr. Vela- ſalium de Fabric. corpor. bum. lib. 1. cap. 8.* Sequitur deinde ſecundus meatus primo interior , qui à Philoſophis cum Ariſtolele dicitur *Cochlea* : ſeu *Pelvis* ; in quo conti- netur aër , qui vocatur *Innatus* , & *implantatus* ; igitur ab ortu animalis ibi inclufus perſtat . Tertius meatus nuncupatur *Labyrinthus* , quia multus quaſi cuniculis & mæan- dris ſurtim agit . Denique quartus meatus vocatur *Foramen cæcum* .

19 Ab aliquibus auditionem fieri dicitur ; quatenus aër qui in cerebro habetur , vocibus , ſeu ſonis commovetur ac percucitur . Ab alijs , ita in auribus vacuis fieri ſon- num à voce prolata , ſicut in locis vacuis , quoties ad illa vox fertur , reſonare auditus . Alij audire animalia cenſent , quia aër externus implantatum internum aërem motu impellit : etenim aures in cochleæ modum cum obvolvata ſint , & tanquam tintinnabu- lum alio loco , eminentique ſuſpenſæ ; irruentes cunctos in aëra motus , pulſusque cog- noſcunt , atque diſcernunt . Hæc priſca , ſeu rancida videnda apud Diogen. Laert. in *Vit. Cynic. Altemæonis & Empedocl. Plato in Timæo* , quem ſequitur Rhodigin. *lib. 3. cap. 29.* *pullari dicit aërem , qui auribus infidet , pulſumque in principalem animæ ſe- dem ferri , tuncque ab illa diſcerni & cognoſci .* Addit Cælius : *Non perſici auditum aëre tantum extimo ſeſe auribus inſinuante : verùm deprehensum à peritis eſt , inſeſe illis aë- rem , quandam , quem vocant connaturalem ; qui eſt vapor ad uſum hunc à natura pro- ductus ut motu quodam tremulo , vocibus receptis , perſiciat auditum .* Ultra procedit Galtruch. in *Phyſic. part. p. 3. Tract. 3. diſp. 3. cap. 4.* afferens , *Præter tympanum ad intimam auris partem , addeſſe aliam membranam omnium ſcitiffimam , que nervoſi au- ditoris copulatur .* In hac ergo fit proprie auditio , ac reſidet auditiva potentia , & quia in illa terminatur ſpecies ſoni , & quia copulata auditorijs nervis . Unde cum Ariſto- teles dicit , de *Inſomnijs* , auditionem fieri in tympano , vel in aëre innato ; intelligendus eſt , inchoativé ſeu diſpoſitivè , non formaliter . At poſſum dicere cum Veſaio , ubi dū- dum , *lib. 7. cap. 15. Non ſatis mirari queam , omnes de auditu , ipſuſque obiectis tam prolixè circa organi ipſius , vel maximè ſuperficiariam cogitationem ſcribere ; ex quo ta- men præcipue ad præſentem diſputationem petenda erant demonſtrationes .* Aptè : mul- tis in locis aſtruit , huiusmodi opus parùm eſſe ab Anatomicis cognitum .

20 Ad auditionem perfectam , ideſt , ut ſenſus in aurlum organum ſuum fortiatu- eſſe.

Ovid.
 Iſidor.
 Auris fabri- ca.
 Ambroſ.
 Quo intaita fiet?
 Nancel.
 Eccl. 38. 30.
 Tympanum auris.
 Meatus.
 Quomodo ſit audi- tio?
 Rhodigin.
 Galtruch.
 An tympa- num ſedes auditus
 Veſal.

Quid neces-
sarium in
perfectam au-
ditivam?

effectum; requiritur virtus interior bene, apertè disposita ad soni iudicium; aer, aut
aliquid aliud corpus fluidum ad sonitum deferendum; attentio ad sonum animæ iudi-
cium præstantium, cum tempore ad pulsus deliberationem; præter aptam auriculæ ex-
ternam dispositionem ad recipiendum sonum. Ad Berchor. lib. 1. cap. 8. Hinc furditas
tis, aut gravioris auditus variæ sunt causæ pro diversâ organorum aut meatuum ad au-
diendum læsione: quandoque vicio nervi (qui auditus est via) à cerebro descendentes;
stupidi vel gravati, absque vitalitate ulla, ex quo furditas completa: vel debili omni-
nò, ex quo auditus gravitas. Quandoque ex nervi citillatione, & corrosione facultas
tenis sensus perturbantibus. Etiam ex aère corrupto calido, vel vento nimis frigido, in-
strumenta auditus alterantibus: simulque defectu virtutis audibilis ex corrugatione
vel concrectione nervi sensibilis, qui vel siccitate, vel nimio humore tunc nequaquam
sensitivus, ut contingit in senibus: quædecausâ Berzellai invitatus in Regiam, dixit
Davidi; O Hogenarius sum bodie, nunquid vigent sensus mei, vel audire possum ultra
vocem cantorum, atque cantatricum? 2. Reg. 19. à v. 35. Salomonque pro senectute
dixit: Obsurdescunt omnes filia carminis. Id est, aures graves præ nimia cerebri humiditas
tate. Obiter dicendum aliquid de huiusmodi phrasæ. Hic exprimitur habitu quo qua-
dam palsa pro materia, de qua sermo. Unde aures dicuntur filix carminis, quia car-
mine delectantur. Accipitur enim subiectum pro actione efficiente sensationem. Filij
olei. Zachar. 4. 14. & Isai. 5. 1. pro sacerdotibus, qui ungebantur oleo. Filij mortis.
1. Reg. 20. 31. Hoc est, damnabilis, morte dignus. Filij nuptiarum. Marc. 2. 19. pro
sodalibus gaudentibus in nuptiarum celebratione. Vel per Heterosim, positus abitra-
ctis pro concretis, ut cum in Script. dicitur Circumcisio pro circumciso, & Iustitia pro
iusto. Matth. 24. 12. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.
Scilicet, multi in charitate tepescunt, quippe abundant iniqui. Sic ergo dicitur
filix carminis, quia subiecta sunt musica armoniæ, vel quia ad illas dirigunt tan-
quam obiectum. Sunt enim voces in indicem mentis, & habitudinem operationum ra-
tionalis; quibus absunt debita officia, dum tendunt in animæ nocumenta. Prudentius,
quo supr. v. 381.

Unde debili-
tas auri in
auditum?

Eccle. 11. 4.

Subiectum
pro actione,
& abitra-
ctum pro con-
creto.
Heterosim.

Prudent.

Riolan.

Diversi sibi
sanores in
aure, unde?

Nancel.

Maiol.

Aliquando
ex imagina-
tione afficitur
Manget.

Nam propter Lyrica modulamina vana puella;
Nervorumque sonos, & convivale calentis
Carmen nequitiæ, patulus Deus addidit aures?

21 Nostro igitur instituto. Surditas ergo evenire potest, dum tympanum nimis
tenue, vel si nimia laxitate, aut humiditate laborat. Diversi in auribus subaudiuntur
soni (inquit Riolan. de Auditu) vel pro motu aeris insiti, quo afficitur tympanum, seu
pro diversis flatibus, qui in eo generantur; aut ex nimia spiritibus ibi tumultuantis co-
piâ: unde Sufarri, ubi crassior est status, vel Sibili, ubi tenuior, vel tinnitus, ubi re-
petit ex intervallis. Barthol. Anglicus, lib. 3. de Propriet. rer. cap. 18. inquit: Quan-
doque etiam ex grossa ventositate in poris nervorum sensibilium interclusa via auditi-
tus impeditur; ut patet in illis, quibus videtur, quòd audiant fistulas, cornua, aut cana-
panas. Organum huius sensus excipit sonos, & imaginationi referre: quam tamen fallunt
non raro, ea foris fieri, quæ intus geruntur, quàm intra seipsas sonant mentis aures;
subdit Nancel. ubi supr. vide Manget, Bibliothec. medico-pract. lit. A. Vide dicta, tom.
3. T. 2. D. 6. n. 7. & tom. 4. T. 7. à n. 6. & à n. 14. D. 1. n. 2. In aliquibus arbitror pos-
se oriri huiusmodi affectionem ex tumultu vaporum, flatuumvè, vel ex interclusa veno-
sitate intra nervorum poros: verum competum habeo, sine fallacia auris, fingi teno-
rem non auditarum vocum, ex vehementi imaginatione; qua ipsi sibi audita fingunt;
Claret in desipientibus, in animi morbis, cerebrique affectionibus, maxime in vertigine,
& in phrenesi. Auditus etiam læsus decipere consuevit (ait Maiol. Tom. 2. Colloq. 3.) ut
fit in his qui morbum imaginofum patiuntur. Cuius ægritudinis viri docti duas fla-
tuant species: unam notiozem, cui nomen Phrenitis; quando phantasmata obijciuntur
animo visibili imagine: & pertinet ad phantasia vitium. Altera species est Coryphan-
tismos, qui visus tollit somnum, auribus indit vitium, quo sibi audire tinnitus &
sonitus videntur. Nihil mirum, quia non novum, sensuum exercitia perturbare huius-
cemodi ægritudines. Singulare verò, quippe rarum, non perturbare sensum imaginatio-
nem; sed imaginationem pervertere sensum: ita ut ficta facta arbitrentur, & audita
quæ nulla. Nobis etiam non maniacis fit (inquit Jacob Manget, quò supr. Verb. Mania,
lib. 1. 1.) ut alie quippiam meditantur, specie quadam vixide trementes, clamantem ali-
quem non audiamus, presentem apertis oculis non vidiamus, &c. Haud secus, quod
vidi

vidi multoties: suspicantque sum, sibi male feriato audire videri, quicquid agebat
secumque tractabat. Ovid. 1. Fastor.

Conscia mens, ut cuique est, ita concipit intrâ
Pectora pro factis semperque metumque suo.

Propterea Anglicus, ubi supr. Quandoque (ait) auditus passione cursum suum egredi-
tur. Plalm. 72. 8. Cogitaverunt & locuti sunt nequitiâ. Petronius in Satyr. fol. 63. Ex timore.
Metr. 19. v. 114. & Virgil. 2. Aneid. à v. 726.

Iam fragor armorum trepidantes perfonat aures;
Et me quem dudum non ulla iniecta movebant
Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graij;
Nunc omnes terrent aura, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitique, onerique timentem
Iamque propinquabam portis, omnemque videbam
Evasisse viam, subito cum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus: genitorque per umbram
Prospiciens, Nate, exclamat: fuge nate, propinquante.
Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.

Petron.

Virgil.

Vide dicta, Tom. 4. Tautol. 7. à num. 13. Dum stupore alicuius mali gravantur corda,
eius acerbitas exprimitur per tinnitum aurium. Inducam afflictionem, ita ut omnis qui
audierit illam, tinniant aures eius. Ierem. 19. 3. 1. Reg. 3. 11. 4. Reg. 2. 1. 12. Vernacule:
Pasmarâm. Iob. 15. 21. Sonitus terroris semper in auribus. Perculsi aliquo cordolio
frequenter credunt magis cordi atque phantasia, quam sensuum cœcui.

Perturbata animi mens in morore, metuque
Triste supercilium, furiosus vultus & aer,
Solita porrò, plenaque sonoribus aures.

Lucret.

Accinit Lucretius lib. 6. de Rer. natur. v. 1180. Causamque signat, lib. 4. v. 459.

Ei terror.

Videmur

Et sonitus audire, severa silentia noctis
Undique cum consistit; & reddere dicta tacentes;
Cætera de genere hoc mirando multa videmus,
Quæ violare fidem quasi sensibus omnia querunt.
Nequiquam, quoniam pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi, quos addimus ipsi,
Pro visis ut sint, quæ non sunt sensibus visa.

Idem.

Astruitur plane meum iudicium: ita ut fictè audita nequaquam procederet à tumul-
tu specierum in sensus: sed à tumultuato imaginationis spiritu. Alituit Senec. Epist. 56. Seneci
Que non audit (inquit) audisse se queritur: quid in causa putas esse? Animus illi ob-
strepit.

Seneci

22 Obiectum ergo auditus non est aer, acrisvè motus; igitur invenitur in locis
aère vacuis, uti in aquarum profundo. Sub illis namque urinatos audiant motum
piscium aquas interfecantium: imò ipsi pisces afficiuntur sono, extra aquam edito.
Delphinum audire certum est: nam & cantu mulcentur, & capiuntur attoniti sono: sub-
dit Plin. lib. 9. cap. 37. Eadem lib. 10. cap. 70. qui lib. 32. cap. 2. ait: In Lycia Myris in
fonte Apollinis fistula evocati veniunt ad augurium. Hic plura Delecamp. Eadem ibid.
cap. ult. Præmittit modum lib. 31. cap. 2. Mirum (ait) cum piscibus. Responsa ab his
petunt incola cibo; quem rapiunt annuentes, si verò eventum negent, caudis abigunt.
Ælian. lib. 17. Histor. Animal. cap. 6. inquit: Ex latu sacerdotes cantionum illecebris
perstrictos educunt. Canit Ovid. 2. Fastor. à v. 108. ex Herodoto lib. 1. meminique
Aul. Gell. lib. 16. Dum aër dicitur auditionis medium, intelligendum, ubi fuerit. Unde
quia sine illo nullam sonum fieri posse arbitratu est Plinius: de piscibus ibid. dixit:
Quoniam modo audiant, mirum. Quare aër medium subtilius est, sed non semper me-
dium, ut patet exemplis præiactis: e quidem ex aqua, quia crassa haud perfecte oriunt
discerniturque sonus. Hic enim est obiectum auditus, uti qualitas subtilis ex collisio-
ne subitæ corporis fluidi, & resiliencia medij resultans. Fluidi dixi, quia pisces natan-
tes faciunt sonum, & ampliozem iuxta corporis molem, ut dicunt piscatores in Cere
captura. Collisione etiam subitâ, quia si lentè duo corpora tangantur ad invicem so-
num haud edent. Sonus producitur ex motu, aliquando tantum aëris, ut in vento,
vel quom virga per illum agitatur, vel quom per fistulam compressus excutitur: ali-

Sonus audi-
tus obiectum.

Tom. V.

Fff

quan-

Quid sit sonus quando simul fit cum corpore sonoro, ut elucet in tympano. Vocantur sonora corpora, quae solida, habentia plures poros. Quae de causa gossypium, fungus, spongia, & id genus alia, est plures poros habeant, quia non solida, non fonant. Alia sunt indifferencia, ut trachearteria, aspera, seu gurgulio, ubi pro modulo (uti ait Augustinus. 14. Civ. cap. 24.) pulmones ob hoc antro pectoris communiti, ad spiritum ducendum, ac remittendum, vocemque emittendam, seu modificandam sicut folles fabricorum, vel organorum, flantis, respirantis, loquentis, clamantis, cantantis seroiant voluntati. Metalla quidem sunt soniora lapidibus, quia hi vix illos poros habent: ligna vero etiam habent carent soliditate & siccitate idonea ad sonum edendum. Hinc corpora quibus plurimi pori, si solida, maiorem sonum excitant; maxime si concava, & pendula, quippe tunc plus aeris continent, qui intra concavitatem repercutitur, reflectitur, reciprocatur; tuncque etiam echo fit & boatus, qui nihil est aliud, nisi soni reflexio.

Graphice Aufonius Epigram. 11. & 97. succinit in pictorem.

*Vane, quid affectus faciem mihi ponere, pictor,
Ignorantque oculis sollicitare Deam?
Aeris & lingua sum silva, mater inanis
Indicij; vocem quae sine mente gero.
Extremos pereunte modos à sine reducens;
Ladificata sequor verba aliena meis.
Auribus in vestris habito penetrabilis Echo;
Et si vis similem pingere, pinge sonum.
Commoritur Narcisse tibi resonabilis Echo;
Vocis ad extremos exanimat à modos.*

*Et percuntis adhuc gemitum rescuta querellis;
Ultima nunc etiam verba loquentis amat.*

Ovidius, 3. Metam. fab. 5. Sonus est, qui vivit in illa. Vide Senec. lib. 2. Natur. 94. cap. 6. & 27. & Severin. Boetium, lib. 1. in Peribermen. Aristotel. Causam astruit Lucreti lib. 4. à v. 67.

*In multis igitur voces vox una repente
Diffugit, in privas quoniam se dividit aures;
Obsignans formam verbis, clarumque sonorem,
Pars solidis allisa locis reiecta sonorem
Reddit, & interdum frustratur imagine verbi.
Sex etiam, aut septem loca vidi reddere voces,
Unam cum iaceres: ita colles collibus ipsi
Verba repulsantes, iterabant dicta referre.*

Corpora quae fonant, resonant. Retorquet ad aures Ambros. lib. 6. Hexam. cap. 9. Te naces praterea (inquit) sermonis accepti ipsos esse anfractus aurium, usus ipse nos docet: siquidem velut in concavis montium, vel in recessu rupium, vel in anfractu fluminum vox auditur dulcior, & responsa suavia referens echo resultat.

23. Sonus alius est rectus, qui directe deferatur ad aures: alius reflexus ex corpore opposito, ut diximus de echo. Alius simplex sine ullius alterius mixture: alius compositus, qui dicitur Harmonia: alius inconditus sine ordine vocum, qui vocatur Celeuma: vernacule, Alazaras.

*At quae pars vocum non aures accidit ipsas,
Præterlata perit, frustra à diffusa per auras.*

Lucretius, ibid. v. 570. Sed norandum est, esse in auditionem & sonum realem & intentionalem. Ille ita ac existit, profundit ex se speciem sui: effanditur realis sonus quoquoversum in sphaeram, modo proportionali, quo circuli, lapidis iactu, in aqua è centro ad omnem loci circumferentiam continuato tenore atque serie producentur. Hinc ex Avicena Cael. Rhodigin. lib. 3. cap. 29. Sonum undam vocalem appellat: & Lucreti. quo nuper, v. 606.

*Ex alijs alia quoniam gignantur, ubi una
Disiuluit semel, in multas exorta, quasi ignis.
Omnia quae circum fuerint, sonituque cidentur;
Ac simulacra vijs directis omnia tendunt.*

Profecò. Omni enim ex parte auditri solent. Quare cum sonus realis non possit de subiecto in subiectum transire, nec ita citò deferri ad loca remotissima, quibus percipi-

pi-

*pitur; ac demum non moveri contrarijs simul infinitis motibus, quod utique necessarium, dum ex diversis simul partibus audiuntur soni dari debet sonus intentionalis, id est species, seu imago soni realis, quae transire per vaga velociter possit, & contrarijs motibus non moveri. Quod quidem patet, tum quia non possit dignoifici undenam sonus perveniret, nisi ab eo profusa indicaret species: tum quia duntaxat intentionalis sonus quit tendere ad auditus organum, penetrando tympanum; quod sane impermeabile aëri externo, in quo sonus realis fit. Iccirò Lucretius, ut vidimus, dicitur: *Foram verborum, clarumque sonorem. Imaginem verbi, & simulacra.* Clarè ibid. v. 555.*

*Atque ubi non longam spatium est, unde illa profecta
Perveniat vox quaeque, necesse est, verba quoque ipsa
Planè exaudiri, discernique articulatim:
Seroat enim formaturam, seroatque figuram.*

24. Sonus compositus dividitur in naturalem & artificialem. Artificialis in quem musica intendit, varius est pro varia compositione vocum & oppositione numerorum, ex quibus melodia suavitatis, aurium voluptas. Praestantissimum audiendi munus est (inquit Ambros. quò supr.) auricula simul ut in eorum finibus vox repercussa sine offensione interiori ingrediatur anfractus. Sinuatio autem interiorum aurium modulandi quandam numerum praestat & disciplinam: siquidem per anfractus aurium quidam rhythmus efficitur, & moduli quibusdam ingressa sonus vocis exprimitur. Ars imitata est naturam ex qua dedit modulationes, ac modulationum summatas. Audi Plin. lib. 10. cap. 29. loquentem de Lucinia. Primum (ait) tanta vox tam parvo in corporeculo, tam pertinax spiritus: deinde in una perfecta musica scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longam, nunc variatur in flexo, nunc distinguatur conciso, copulatur intorto, promittitur revocato, infusatur ex inopinatis interdum & secum ipse murmurat: plenus, gravis, acutus, creber, extensus, ubi visum est, vibrans, summus, medius, imus: brevitèrque omnia tam parvulis in faucibus, quae tot exquisiti tibiurum tormentis ars hominum excoxitavit: ut non sit dubium, hanc suavitatem praemonstratam efficaci auspicio cum in ore Sthenecori cecinit infantis. Ovid. de ea, in propria Eleg. à v. 1. canit:

*Dulcis amica veni, noctis solatia praestans,
Inter aves etenim nulla tibi similis.
Tu Phylomela potes vocum discrimina mille,
Mille potes varios ipsa referre modos.
Nam quavis alte volucres modulamina tentent;
Nulla potest modulis aequivalere tuis.*

Videris plures encommiastas huiusmodi modulationis apud Caspar. Dornav. Tom. 1. in Amphitheatr. sapient. Socratico.

25. Hic naturalis sonus, non ita qui in caelo factus: quasi, ut ait Natal. Comes in Mytholog. praef. lib. 10. Caelo harmoniam musicam, dum moventur pro ratione magnitudinis corporum, efficere. Hac sententia fuit Pythagoricorum. Qua arte Auctor inavenerit, lege (sed vide) apud Macrob. lib. 2. in Somn. Scipion. cap. 1. Plin. lib. 2. cap. 3. etiam principijs Pythagoricis insiluit: An sit immensus, & ideo (inquit) sensum aurium facile excedens tanta molis rotata vertigine assidua sonitus, non equidem facile dixerim; non hercè magis, quam circum actorum simul tinnitus siderum, suaviaque volentium orbes. An dulci quidem & incredibili suavitate contentus? Nobis qui intus agimus iuxta diebus nobilibusque tacitis labitur mundus. Iam ambigit. Minime Philo, qui lib. de Somnijs, inquit: Caelum perpetuo concentu suorum mortuum reddit harmoniam suavissimam, quae si possit ad nostras aures pervenire, in nobis excitaret impotentes amores, & insanum desiderium; quo stimulat rerum ad vitium necessarium oblivisceremur, non passi cibo, potaque per fauces demisso, sed quemadmodum immortalitatis candidati divinis consummat a musica cantibus: quales cum Moyses extra corpus raptus audivisse fertur, per quadraginta dies, totidemque noctes nec panem nec aquam gustasse. Itaque caelum instrumentum musicae archetypum videtur mihi: non propter alia sic elaboratum, quam ut rerum parentis hymni scite decantentur & musicè. Plato in Epinomide, signat musicam perpetua cæli volubilitate nascentem, claro non sentiri auditu; quia maior sonus est, quam ut humanarum aurium recipiatur angustijs. Altruic exemplo Macrobius, ubi dudum cap. 4. in colorum ad Nilii catadupam; de quo, num. 9. additque, in terra non audiri huiusmodi musgen, quia

An detur musica ex matu celestium corporum.

Philos.

An auditio ex sono realis, vel intentionalis

Idem.

Sonus naturalis, & artificialis, Ambros.

Plin. Musica singularis Lan senia.

Ovid.

Natal. Cont. Plin.

An detur musica ex matu celestium corporum. Philos.

Plat.

Macrob.

ultima Sphararum est: apertèque constare, spiritum quantum ab origine sua deorsum descendit; circa impulsam fieri leviozem. In terra spiritus huius soni est concretus & densus. Alij cum huiusmodi penetrativam musicam, continuam auribus nostris, non audiant, & adiant defersum tonitrua: excogitaverunt iam esse inauditam, cum audierimus infantes, quia ab aluetis non fit passio. Belle profecto. Catadapi sumus.

26

Rider Ambrosius, lib. 2. Hexam. cap. 2. Philosophi (inquit) quinque stellarum, Solis & Lune globorum, consonum motum intraduxerunt, quorum orbibus, vel potius globis connexa memorant omnia, quos sibi innexos & veluti insectos versari retrò contrario ceteris motu ferri arbitrantur, eoque impulsu & motu ipsorum orbium dulcem quandam & plenum suavitatis, atque artis, & gratissimi modulaminis sonum reddi, cum scissis aer tam artificio motu, & acuta cum gravibus temperante, ita varios equalibiter concentus efficiat; ut omnem supercreatur musici carminis suavitate.

Rident prudentes.

Hæus rei fidem si requiras, atque expetas sensu nobis & auditu probari, & estant: nam si vera forent, quomodo tanto motu orbium concrepante (cum ille celestis orbis cui affixi ferunt stellarum cursus, qui sine intermissione volvantur, concitatorum habeat conversationem, atque acutum sonum sciet, hic autem Lunaris gravissimum) non audiretur à nobis, cum leviora audire soleamus? Eadem ergo eius disputationis, si testimonio & auditus munere exigamus probari, referunt obsurdasse aures nostras, & bebetiorem nobis sensum audiendi factum, propter illam à principio nostræ generationis concepti sonitus consuetudinem. Exemplum afferunt, eò quod Nilus fluviorum maximus, eo videlicet loci, ubi se ex altissimis montibus in Catadapa illa precipitat, magnitudine fragoris sui aures accolarum obstruat; ut audiendi munere carere dicantur, sed facile his ipsa respondet veritas. Nam qui tonitrua audimus, nubium collisione generata: tantorum orbium conversationes, qui maiore utique sicut motu ferri estimantur, ita vehementiores sonitus excitarent, non audiremus? Adhuc præterea, ideo sonum hunc non pervenire ad terras, ne capti homines per suavitatem eius, atque dulcedinem, quam celeberrimus ille celorum efficit motus ab orientilibus partibus usque in occasum, propria negotia atque opera derelinquerent, & omnia hic otiosa remanerent, quodam humana ad celestes sonos mentis excessu. Hec Ambrosius, nec sibi contrarius, quàm Præfatus, in Psalm. ait: Ipsam axem cæli, fert quorundam sermo (non expressio sermo, ut legit Syllus Senen. lib. 5. Bibliothec. sanct. Annot. 105.) quadam perpetui concentus suavitate versari: ut si assuetudo permitteret, sonus eius extremis terrarum partibus audiretur, ubi sunt quedam secreta natura. Ne id ab ipsius nature usu alienum videretur. Sat, si dicit: Quorundam sermo. In tropologiam usus est opinione Pythagoricâ, et si falsa, uti prius demonstraverat, quæque supposita subdit: Ut salutem suam celestis sono gratie continentem avidius mundus audiret, & sacra suavitate dulcedinis in æternum legis observantiam mentibus inoleret humanis. Sicine intelligendus Ambrosius, & siquis alius ex SS. PP. sententia suffragari videtur; ut cum de Anselmo, lib. 1. de Imag. mundi, cuius verba non inveni, alleruisse dicitur, Septem celorum orbis cum dulcifona harmonia volvantur, ac suavissimi concentus eorum circuitione efficiuntur: qui sonus ideo ad nostras aures non pervenit, quia ultra ætherem sit, & eius magnitudo nostrum angustum auditum excedit. Nullus enim à nobis sonus percipitur, nisi qui in aere efficitur: à terra autem usque ad firmamentum celestis musica mensuratur; ad cuius exemplar nostra musica inventa est. Et illa nunquam audita, quæ huius exemplar? Si à terra mensuratur usque in firmamentum, quomodo ultra æthera? Quis hæcine cogitare Anselmi?

Ambros.

Idem.

Anselm.

Apulei.

Tibull.

Mar. Vid.

27 Apud Profanos ubique sententia. Apuleius de Deo Socrate. inquit: Aliosque itidem radiantes Deos, quibus cæli chororum compositum & coronatum sudâ tempestate visimus, picibus noctibus severâ gratiâ, torvo decore suspicientes in hoc perfectissimo mundum dii lyceo miris fulgoribus variata calamina. Manil. lib. 1. Astron. cap. 1. v. 19. & in numerum Phæbo modulante referre. Propert. lib. 3. Eleg. 5. v. 36. Cur colit igne chorus? Ludite iam nox iungit equos, currumque sequantur Matris lascivo sidera sulva choro.

Canit Tibull. lib. 2. Eleg. 1. v. 87. Horat. 4. Carm. Od. 14. v. 21. Scindente nubes Pleiadum choro. Staius, lib. 1. Achil. v. 651. Astrorum risit omnis chorus ab alto. Risit fiderei regina ebori. Mar. Vidor, lib. 2. Genesios, v. 190. hac metaphora succinat: Quid resonet motu septemplex axis Harmonia vocale melos.

Hec

Hæc & alia simillima tam in factis, quàm in Ethnicis, quomodo intelligenda, dicemus, Tom. 7. Tautol. 8. ad illud Eccli. 24. 8. Gyrum cæli circumvolvi sola. Ibi ex profecto, ut mythologicè ordinem cæli intelligamus: quot Deus

Apavit numeros cæli, insitque sonoros Exerere modos, parilesque agitare choreas.

Licent.

28 His ergo præmissis, & requisitis necessarijs in auditus sensationem, atque perceptionem mentis, de quo diximus num. 20. elucebunt aurium & auditionis acceptiones, in Scriptura expressæ, quæ conlter tautologiarum principali affinium germanus sensus. Primo auris sumitur frequenti Hebræismo pro cuius est auris, ut sæpe aliàs aliæ voces: v. g. Facies, Anima, Verbum, Vir, Caput, & Nomen. Adi hic Tautolog. 2. num. 37. & 5. num. 14. Psalm. 91. 12. Audiet auris mea. Id est, ego audiam. Similiter Job. 13. 1. Audioit auris mea, & intellexi singula. Genes. 20. 8. Aimelech locutus est universa verba hæc in auribus eorum: hoc est, allocutus est eos. Cap. 44. 18. Loquatur servus tuus verbum in auribus tuis. Proverb. 29. 9. In auribus insipientium ne loquaris. Cant. 2. 14. Sonet vox tua in auribus meis. Patet, & Ecchiel. 9. 1. & Clamavit in auribus: ubi Hieronymus. Audite me. Cap. 10. 13. Rotæ vocavit volubiles, audiente me. Pagnin. In auribus meis, Unde pro eodem phrasæ usurpantur. Sic apud Homer. 12. Iliad. v. 442. dicit: Hi omnes auribus audierunt. Hic modus loquendi rei certitudinem significat: quasi clarè, certòque audita, quæ audita. Virgilius, 4. Aeneid. Virg. v. 359. Vocemque his auribus hausi. Sophoc. in Philoct. v. 1462. Auditione audire. Ita Ierem. 31. 18. Audiens audivi Ephraim transmigrañtem. Iai. 6. 10. Auribus suis audiat: nimirum, sine dubio sciat; qua de causa pro certitudine sensationum, Proverb. 20. 12. dicitur: Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit utrumque. Epitasis est in huiuscemodi geminationibus: etenim addito participio, gerundio vel infinitivo augeat & ampliatur actio verbi, ut certior demonstretur; quasi organum sensationis non fit in se obfusum, nec aliquo intrinsicè affectu depravatam, ut aliter audiantur, quam ore sermo profertur. Hinc sensus illius triti testimonij: Qui habet aures audiendi, audiat, de quo infra. Sicine dicimus, non audire, quod perfectè non cognoscimus: igitur quòd planè & adæquatè non cognoscitur, quasi non cognosceret.

Auris pro cuius est auris.

Homer. Sophocl.

Proverb. 20. 12. Geminatio pro adverbio.

Matth. 11.

Act. 9. 7.

An cognoverint comites Pauli loquentem Christi.

Lorin.

Cæli Rhod.

Ovid.

29 Occurrit in confirmationem celebris antilogia. De socijs Pauli pergentibus in Damascum, dicit Lucas: Viri illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti, audientes quidem vocem, ne minem autem videntes. Paulus aliter, imò eontra articulum narrat, cap. 22. 9. & qui mecum erant lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius, qui loquebatur mecum. Ex his verbis ultimis conciliatur antilogia: igitur et si viderent de cælo lumen, neminem in illo, aut cum illo viderunt. Similiter audierunt vocem, sed non eius qui loquebatur cum Paulo. Vocem audierunt Pauli dicentis: Domine, quid me vis facere? Non autem Christi querentis, Quid me persequeris? Ita Augusti. in Psalm. 67. & alij PP. Lorinus in utroque loc. fatetur neminem comitem Pauli in splendore vidisse, et si vidissent splendorem: sed vocem Christi inconditam confusus, & non distinctè audivisse. Terroris causa, & improvisâ immani voce, induit uti quædam surditas, ut homines quidam dantaxat, & inconditus audiat sonus, & voxque non articulata, ac distinctè. Reboraturque potest ratiocinium, ex eo quod refert Rhodiginus, lib. 3. cap. 29. Dignum (inquit) memoratu, quòd in Tagis Ibusi libris est observatum: Tangentes mox fulmine aëo hebetaris uti nec tonitru, nec profundos fragores alioi queant persentire. Usu venit sæpe ex inopinato homini vitæ discernimine, quo sensus omnes amittit subito, ut comprehensis à tauris agitatis, in repentino lapsu, aut præcipitio, desperatâ à natura salute: etenim nec vident, nec audiunt, nec sentiant; quasi nihil aliud à natura in auxilium tunc possit dari, quàm sensus adimere. Articulum describit Ovid. lib. 3. Metam. fab. 1.

Vox subito audita est, nec erat cognoscere promptum; Ille diu pavidas pariter cum voce colorem Perdiderat, gelidoque coma terrore rigebant.

Unde verum, comites Pauli audivisse Christi, & non audivisse vocem; quoniam et si audierunt, haud perfectè audierunt, quia audientes stabant stupefacti, & lumine attoniti, arbitantes afflatos confectum iri. Hoc genus sensationis haud sensum expeditum manifestat, sed omninò perturbat: ita ut si audierunt, auribus non audirent in certitudine prolati sermonis.

Inauditum quod non auditur per se.

Mul-